60

Literae ad Soltan Macmet Caesarem.

Alexander Dei gratia Rex Poloniae etc. Illustrissimo Soltan Macmet Zachaiada Domino Gasseni fratri et amico nostro dilecto salutem et amicitiam fraternam. Prout scripsistis nobis, quod res et merces quae erant Achmat Sandor Mancopli et Cogiacinam occisorum mandaveremus dari Alagosz familiari vestro fecimus libenter, resque ipsis dari mandavimus, sic ut istud melius fieri possibile erat, et intimamus vobis qui genitor vester magnus Imperator Turcorum est amicus nobis et habemus secum Pacem, et ille nobiscum, vos autem debetis ita facere, quod inter eundem Dominum magnum Imperatorem Turcorum, et inter nos et item inter nos et vos sit bona Pax, fides et amicitia, nos etiam pro vobis bene faciemus,

sicut

sicut erit possibile, et sicut vos nobis
dicetis, et pro nobis facietis, et optamus
vos bene et feliciter valere, optamus
non minus, ut genitor vester ma-
gnus Imperator bene valeat. Dat.